



**Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De editione, & vsu sacrorum librorum, ac Indice librorum prohibitorum  
deq[ue] Impressoribus, & Bibliopolis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

De editione, & vsu sacrorum librorum, ac Indice libro-  
rum prohibitorum deq; Impresoribus, &  
Bibliopolis.

## S V M M A R I V M .

- 1 Perniciorum, & falsorum librorum pesti occurrendum.
- 2 A Bibliopola, & alijs libri venales non exponendi Indice non confe-  
cto, obtentaq; licentia. 3.
- 4 Libri inueniti denunciandi, nullique commodandi, Indice nundum  
ministris exhibito.
- 5 Libri, opuscula, &c. nondum recognita non euulganda.
- 6 Neque imprimenda.
- 7 Recognitionis scriptum libri principio imprimendum.
- 8 Libri exemplum auctoris manu, & nomine signatum, & impressum,  
quibus tradendum, & vbi afferuandum.
- 9 Libri, qui non edendi sicut alterius auctoris nomine.
- 10 Librorum impressioni litteræ grandiusculæ cuius imaginis non ad-  
hibendæ.
- 11 Qui etiam characteres non adhibendi.
- 12 Libris impressis impressionis tempus adiungendum.
- 13 Libri imprimendi in Codicem referendi.
- 14 Libri, alias concessu editi, sine noua facultate non imprimendi.
- 15 Libris à defuncto relictis non vtantur hæredes, neque illos vendant  
Indice non confecto, obtentaq; licentia.
- 16 Bibliorum, & Testamenti Noni vulgarium, certorumq; aliorum li-  
brorum usus, quibus concedendus.
- 17 Libri de Officio Beatæ Virginis, qui non vendendi.
- 18 Libri parunli, falsis, superstitionisq; titulis aspersi, nisi recogniti, &  
expurgati non retinendi, neque vendendi.
- 19 Libri alij pestiferi, Indice Tridentino non notati, ab Episcopo inter-  
dicendi.
- 20 Librorum venalium, Index ab Episcopo subscriptus habendus.
- 21 Libri venales à parocho, de improviso visitandi.  
Libri in Indicem non relati, Episcopo denunciandi, & sequestrandi.
- 22 Libri dannati vbi reperiantur, quid agendum.
- 23 Bibliopole, & Fidei professionem emitant. De profess. Fidei,  
Impresores numero 16.
- 24 Indicem librorum prohibitorum, regulæ à quibus seruandæ.  
Indicem ipsum, Theologi, Iurisperiti, Medici, et alij litterarū profes-  
sores habeant.

*Constitutionum, & Decretorum Synodalium*

- 25 Conclusiones in publicum proponenda à quibus probanda.
- 26 Libellorum famosorum facinus prohibetur.
- 27 Laicorum, & clericorum illos euulgantium pœna.

Tertiū, quæ  
ad si.tuē.stu.  
pert.  
Conc. Trid.  
ses.4. De edi.  
& vsu sacr.  
libr.

Trid. ses. 4.  
de edit. &c.  
ver. sed & im  
pressorib.  
Sess. 10.  
Sess. 4.

Ead.ses. & de  
creto, ver. ne

Trid. ses. 4.  
de edit. &c.  
ver. sed & .



ERNICIOSORVM, & faltorum librorū, cum perpetua quodammodo pestis sit, cui remedium semper afférre oporteat, de ijs sèpè, & summorū Pontificum Constitutionibus, & sacrorū Canonum iure, cautum est. Postremò autem multa, tum Concilij Lateranen. ultimi Decreto, tum nuper Tridentino Concilio, & Indice utiliter constituta sunt.

Quæ ut Episcopi studio à Bibliopolis, Impressoribus, & reliquis item omnibus, quorum interest, diligentius, quām hæc tenus factum sit, ubique præstentur; illa ferè omnia, aliaq; nonnulla eodem spectantia, quæ addenda censuimus, simul complexi, Provinciali hac Constitutione toto eo degenerè sic edicimus, propositis, eodem Lateranensi, & Tridentino tum Concilio, tum Indice, & Pij III. Constitutione de eo Indice lata, pœnis sanctis, & præterea Episco pi arbitratu.

2. Ut quicumque artem librariam exercet, ab eo nè patiatur Episcopus libros uenales proponi; nisi confessio librorum suorum Indice, cui ab se, aut ab eo, à quo eam curam in recognoscendis libris gerit uoluerit, & ab Inquisitore, etiam subscriptum sit: neque facultate libri ab eisdem non permitta ullos alios cuiusvis generis libros ille beat, aut uendat, aut quavis ratione tradat, illo Indice non notatos.

3. Ne loco publico, portorijs, mercibusve importandis constituto, libros ministri publici eius loci exportari patiatur; nisi, qui illos importarent, aut Bibliopolę, aut alij, quorum sunt, scriptum, eorumdem manu signatum, attulerint, quòd exportandi potestas fiat.

4. Libri non publico mercium loco expositi, sed alio in Vrbem inuecti, ab eo, qui inuexerit, uel inuehi inuerit, eisdem denuncientur: nec libri à quoquis inuecti, uel in Vrbem introducti, alijs commoden tur, aut quavis alia ratione tradantur, antequām is, qui introduxerit, illis, ad quos recognitio pertinet, Indicem eorum ostenderit; ab eisdemque item facultatem obtinuerit, idque, nisi libri id generis sint, ut eos omnibus permisso esse perspicue constet.

5. Ne quis opuscula, libros, commentarios, aliaque id generis, quouis titulo, & nomine, quæ manuscripta sunt, euulget; nisi ab Episcopo, aut ab alio eius iusu, & ab Inquisitore recognita sint, atque approbata subscriptionibus.

6. Ne præterea quis librum, scriptumve cuiusvis generis imprimat, impri-

imprimive curet; nisi ab eisdem, Episcopo, & Inquisitore recognitum, Conc. Trid. ibid.  
& scripto comprobatum.

7. Quod recognitionis, & comprobacionis scriptum, libri imprimen-  
di principio, recognitorū manu notatū principio itē libri imprimatur.  
8. Libri exemplum, auctoris manu, & nomine notatū, ubi primum  
impressum est, recognitoribus tradatur asserandum.

Vt fraudi occurraut, quæ plerumq; in opere impressorio fit, ea præ-  
ter ceteras cautio adhibetur, vt liber, ubi primum impressus est, per  
recognitionis p̄fēctos ante conferatur, quā uenalis officinis, taber-  
nacis librarijs p̄ponatur. Qui liber, ita accuratē collatus, auctoris sub-  
scriptione signatus, non recognitoribus, vt alio Cōcilio Decretem est;  
sed quō rectius custodiatur, Episcopo tradatur, qui eundem certo loco  
in Archiuio asseruari perpetuò iubeat.

9. Moris olim fuit vitande glorię, ostētationisve causa, libros aliquan-  
do alterius nomine, etiam assimilato, euulgari: sed quoniam hęc tēpo-  
ra, quib. impressoria editione aditus esse potest, ad nefaria quæ q; pro  
seminanda, diligentiores cautionem requirunt; interdictū esse uolu-  
mus, mērito, factōve alterius auctoris nomine libros, uolumina, litteras,  
scriptae cuiusvis generis, argumentive, de quib. in Indice, seu Concil.  
Trident. cauetur, euulgari, edi, typisve imprimi, sine consensu illius, cu-  
ius nomine edentur, ac Episcopi permitti.

Alioquin in delinquentem animaduertatur pro grauitate criminis,  
arbitrio eiusdem Episcopi.

10. Ne litteras grandiusculas, quas initio, uel librorum, uel capitum im-  
primi moris est, aliquam obſcenę, turpisq; imaginis speciem expri-  
mētes, ad librorum impressionem adhibeant, qui artem impressio-  
niam quois modo faciunt: cūm eiusmodi sint, quæ hominum mentes  
aliquando, s̄cēdē, turpiter que afficiant, & bonos itidem offendant, vt  
obſcenę scripta.

11. Ad libros uero, qui de rebus Ecclesiasticis, aut spiritualibus con-  
scripti sunt, imprimendos, ne characteribus grandioribus utantur, in  
quibus expressa appareat alicuius rei prophanae, nedum turpis, obſcenę  
specie.

12. Libris impressis, apposito imprimētis nomine, adscribatur item  
annus, quo impressi sunt.

13. Libri, quos typis mādari cōcessum, & in Codicem à recognitorib.  
referantur, notato cōcessa facultatis anno, & die, descriptis etiam no-  
minibus eorum, quibus eos imprimendi potestas facta est.

14. Ne liber, uel exiguus, quamvis superiorum concessu, alias s̄pē edi-  
tus, sine facultate iterum impetrata, typis in uulgu emittatur, impri-  
matur.

Ead. ses 4. de  
edi, ver. ipsa,  
Ibid.  
Hoc decretū  
per seq. abro-  
gatum.

5. Quæ ad fi.  
tuē. itu. pert.  
§. eo.

6. Quæ ad fi.  
tuē. pt. §. eo.

Sefs. 4. decre.  
de edi. & vnu  
facr. libr.

5. Quæ ad fi.  
tuē. itu. pert.  
§. eod.

3. Quæ ad fi.  
tuē. itu. pert.  
§. eo.

6. Quæ ad fi.  
tuē. pt. §. eo.

21 Constitutionum, & Decretorum Synodalium

3. eo. tit. & §.
- 15 Ne hæredes, vltimarumve voluntatum exequutores, libris à defuncto relictis, vtantur, aut alijs vtendos dent, vel uendant, aliave quavis ratione tradant, antequam illos, aut eorum Indicem ipsis Episcopo, & Inquisitori apulerint, facultatemque obtinuerint.
- 16 De Biblijs autem vulgariter redditis, & de Testamento Nouo, in vulgarē etiam sermonem conuerso, de libris præterea qui de rebus inter Catholicos, & hæreticos controversis communi item lingua conscripti sunt, ea diligens cautio adhibeat, ut illorum usus iustantū concedatur, quibus Episcopus, aut Inquisitor, de consilio parochi, aut confessarij permittendum iudicarit.
- 17 Libri de officio, & precibus horarijs B. Mariæ Virginis vulgariter, vel Italice, vel Hispanice, vel Gallicè, vel Germanicè: vel partim Latino, partim vulgarī sermone expressi, venales ne proponantur, neq; uēdantur. Si qui verò eos adhuc habent, ad sacrae Inquisitionis officiū statim deferre cōpellantur, ut edita à Pio V. Constitutio sanctum est.
- 18 Caueat Episcopus, ne libri illi paruuli, quibus preces uariae continentur, falsis, superstitionisque titulis aspersi, habeantur, aut vendantur, nisi suo, aut Inquisitoris, aliorumve Theologorum, quos huic munere præfecerit, diligentē studio primum recogniti, & purgati sint.
- 19 Adhibeat idem aliquādo aliquot suae Ciuitatis peritissimos homines, quorū opera, & studio accuratè cognoscat, si qui pestiferi libris sūt, Indice Tridentino non notati, quorum usu, & lectione interdicēdū sit, eiusdem Indicis auctoritate Quos libros id generis cognouerit, ne in Vrbem, aut in Diocesim suam illi inuehantur, cœuet quām diligenter, eorumque nomina, cum ad sacrae Romanae Inquisitionis Patres deferenda curet, tum alijs Provincie Episcopis significet, quod diligenter pesti obstruatur aditus.
- 20 Qui per Vrbes præterea, vicos, oppida, aliave loca, libros venales circumferuntur, eorum etiam Indicem habeant, cui ab Episcopo, & ab Inquisitore, aut ab ijs, quibus librorum recognitio ab illis delegata est, subscriptum sit.
- 21 Hos parochus, in cuius parochiæ finibus illi uenales libros expoununt, circumferuntve, de improviso aliquando visitet. Ac si, aut illorum Indicem non habere, aut alios præterea, eo Indice non descriptos, uenire, habere ve compererit; tum eos Episcopo, aut Inquisitori denunciet, tum libros omnes sequestri nomine inhibeat, donec aliter ab eo, cui denunciarit, iussum erit.
- 22 Si libros, Indice Tridentino damnatos, improbatosve, apud eos deprehenderit, illos etiam comprehendendi, aut sponctione saltem facta, sibi ab illis caueri curet, ut ad certum diem se fiant in iudicio Episcopi, aut Inquisitoris.

Episcopi

23 Episcopi regulas Indicis de libris vetitis, ab ijs, qui illi negotio à Sacro-Synodo Tridentina preseeti fuerint, ex authoritate Sanctissimi D. N. Pij IIII. editas, ab omnibus librorum impressoribus, ac Bibliopolis, ceterisque omnibus laicis, & Ecclesiasticis personis servari iubant.

Quorum librorum purgatio, eiusdem Indicis iussu facienda est, eos legi, uendi, aut emi, haberive omnino uetamus, donec ab ijs, ad quos pertinet, parcat, & probati fuerint.

24 Librorum prohibitorum indicem, iussu Tridentini Concilij constitutum, iam pridem promulgatum, omnes, singulique apud se habere current, sive Theologi, sive Iurisconsulto, sive Medici, sive aliarum litterarum professores, disciplinarumq. studiosi, & alij item, quicumq. librorum numerosam suppelleat, etilem possident. Si quis uero eorum, qualis, qualis sit, eum non habuerit, tantum absit, ut excusationi legitimi locus relinquitur, quod nescierit, illos id generis esse, ut contra eum pro librorum, quos uetitos, retinuerit, ratione severius agatur ad prescriptum regule eiusdem Concilij.

25 Quæ de quauis Scientia problemata, uel axiomata uel alia quævis eius generis publicè exercendi ingenij causa, aliave ratione proponi solent, curet Episcopus ne in posterum ante à proponantur, quam ab ipso, aut ab ijs, quos huic rei prefererit, cognitum sit, nihil in ijs subsiste quod doctrinæ fidei, & pietati Christianæ repugnet.

26. 27 Libellorum famosorū graue facinus, unde alia præterea peccata, & scelerata, & mala exoriuntur, ut quantum in nobis est, è provincia nostra profigetur, statuimus, sanctimusque eos, quiunque sint, qui illos scripsierint, ediderint, diuulgaverint, excommunicationis latè senentię pœnam statim subire. Si clericus uero sit, qui tale crimen admiserit, beneficiorū etiam, si quæ haberet, amissionē multetur, præter alias pœnas, eo de genere Canonum legibus sanctitas.

A qua excommunicationis pœna nemo quisquam, huius criminis reus, absolui possit, nisi fama, & honore, cui iniuriosè detractum est, restituto, pro arbitratu Episcopi. Id verò ipsum, quanto difficultius est præfari, tanto diligentius, studiosiusq. pro ius quicunque conscientię religionem ab eo flagitio, scelere, cauere debet.

### De abutentibus Sacra scriptura.

S V M M A R I V M.

1 *Sacra scriptura abutentes ab Episcopo coercendi.*

Con-

1. de prof. fidei, &c. eo.

Sessio. 18. in  
princ. & sess.  
25. c. f. ch. 1

5. Quæ ad fidei tuæ stud. pert. &c.  
Sess. 25. de In  
dice librorū,  
&c.

2. Quæ ad fidei tuæ. &c.  
Decreto 4.

C. de fam. libell. l. viii.  
5. Quæ ad fidei tuæ stud. pert. &c.